diuitijs ⁊ honoribꝰ. ⁊ ſic iterū nos in maxima pericula ponit. q2 ꝑ hoc inducit inter alia plura mala. maxime ſuꝑbiā q̄ odibilis eſt deo ⁊ hoibus. Eccli. x. Tercio temptat ꝑſecutionibꝰ Joh. xvj. In mūdo preſſurā habebitis ⁊c. In oibus tn̄ his ꝑnomiatis tēptationibus fortiter btūs Vincentius pugnauit. ⁊ vbiq3 victoriā obtinuit dei aſſiſtētia ⁊ adiutorio. Vicit em̄ ꝑmū hoſtē ꝑ ꝯtinentiā. ſcdm̄ ꝑ innocentiā. terciū ꝑ patientiā. q̄ tāta fuit ſibi a deo data. ꝙ nō ſolū voluntarie ad varia tormēta ꝓ xp̄i noie ſe dedit. ſ3 etiā in eis quaſi ſpūalē leticiā habuit ⁊ pro epulis reputabat. Vn̄ moras carnificū arguēdo ad penas alacriter ꝓperauit. Et vltra hoc deſiderium magis patiēdi habuit. Jō merito ꝟificant̄ de ipſo verba thematis. Certamen forte dedit illi vt vinceret. ⁊ ſic ꝓ victoria eterne glīe coronā obtinuit.

¶ De ꝯuerſione ſancti Pauli Sermo. xlix.

Ecce nos reliquimus oia ⁊ ſecuti ſumus te Math. xix. Mar. x Lu. xix. ¶ In ſūma euāgelij tria per ordinē tangunt̄. Primo ꝑfecta mūdi abrenūciatio. ibi. Ecce nos reliq̄mus oia. Scd̄o directa xp̄i imitatō ibi. ⁊ ſecuti ſumus te. Tercio pia ꝑmij retributio. ibi. Vos q̄ reliquiſtis oia. De ꝑmo dic̄. In illo tpe .ſ. cū adoleſcēs interrogaret dn̄m. q̄d faceret vt vitā eternā poſſideret. Rn̄dit. Si vis ad vitā igredi ſuua mandata. Ille dixit ſe a iuuētute impleuiſſe. interrogauit q̄d adhuc ſibi deeſſet. Rn̄dit ihs. Si vis ꝑfectus eſſe vade ⁊ vēde oia q̄ habes ⁊ da pauꝑibus ⁊ habebis theſaurū in celo. ⁊ veni ſequere me. Cū audiſſet ꝟba hec adoleſcēs abijt triſtis. erat em̄ multas poſſeſſiones hn̄s. Tūc ihs dixit diſcipulis. Amē dico vob. q2 diues difficile intrabit in regnū celoꝝ Et iterū dico vob. Faciliꝰ eſt camelū ꝑ foramē acus trāſire ꝙ diuitē intrare in regnū celoꝝ. Auditis his diſcipuli mirabant̄ valde dicētes. Quis pōt ſaluꝰ fieri. q̄bus xp̄s ait. Apud homines h̄ eſt īpoſſibile. apud deū oia ſūt poſſibilia. Tūc rn̄dens petrus dixit. Ecce nos reliq̄mus oia ⁊c. Orige. Petrus ꝑnceps aploꝝ loquit̄ ꝓ oibus dicēs. Ecce reliquimꝰ oia. ſ. q̄ habuimꝰ. ⁊ q̄ habere vel appetē poteramꝰ.

¶ Cōmendat illā paupꝑtatē q̄ fuit in ꝑmatiua eccl'ia. Primo q̄ ad ꝓmptitudinē in hoc ꝙ dixit. Ecce reliq̄mus ⁊c. multi ꝓmpti erāt. Greg. Ad vnꝰ iuſſionis vocē Petrus Andreas ⁊ Jobes relictis retibus ⁊ naui ſecuti ſunt dn̄m Math. iiij. Scd̄o cōmendat ↄcōitate. cū dicit. nos. q. d. oēs in cōmuni. Act. iiij. Nec quiſq3 eoꝝ aliq̄d ſuū eſſe dicebat. ſ3 erāt oia illis cōmunia. Tercio a volūtate ſpontanea. cū dixit. reliq̄mus. Erāt em̄ pauꝑes ſpū. i. volūtate nō coacta neceſſitate. Fuerūt em̄ de numero illoꝝ. de q̄bus Math. v. Bti pauꝑes ſpū quoniam ipoꝝ ē regnū celoꝝ. Quarto ab integritate integerrima fuit in eis paupꝑtas. ⁊ tangit̄ cū dicit. oia Omnia reliq̄rūt ſua ſuos ⁊ ſe. i. ꝓꝑriā voluntatem habēdi. Criſ. in omel' alloquens Petro interrogat. Qualia omnia o beate petre. reliquiſti rhete ⁊ nauigium dicis omnia. Grego. in omel'. Multū reliquit qui ſibi nil retinuit. multum reliquit q̄ cū re poſſeſſa etiā ↄcupiſcētijs renūciauit. nā tāta ab eis dimiſſa ſunt quāta ab eis concupiſci potuerūt

Bern̄. Plus nocet concupiſcētia ꝙ ſubſtantia. q2 concupiſcentia poteſt ſe extendere ad oia. Et hanc reliquerunt. i. voluntatē habendi. ¶ Vbi ſciēdum beati apoſtoli reuera oia reliquerunt. omnia vtiq3 impedictia. oia retrahētia. oia ꝑclitantia. oia ponderātia. oia mediātia. Primo reliq̄rūt oia impedictia. Impediūt em̄ in dei ſuitio amor ⁊ ſollicitudo tpaliū. ꝓpter hoc dicit ſaluator. Math. x. Difficile q̄ pecuniā hn̄t irabunt in regnū celoꝝ. Gloſa pecuniam hn̄t in amore nō in vſu. Dicit em̄ Rabanus ſuꝑ illud. Homo quidā ab arimatia nomine Joſeph erat diues. magne erat dignitatis apud ſeculū. ſ3 maioris apud deū meriti. q2 non erat diues diuitiaꝝ amore. ſ3 tm̄ poſſeſſione. ⁊ ſic diuites non excludunt̄ a diſcipulatu ſaluatoris. Iſte em̄ diues erat ⁊ diſcipulus xp̄i. qui non erat pecunie amator ſ3 ipſius diſtributor. Et hoc eſt q̄ð dicit ps. lxi. Diuitie ſi affluant nolite cor apponere. non dicit. nolite habere. Beda ſuꝑ Lu. Nō reꝑhendit̄ diues ꝙ terrā coluit. vel ꝙ fructus in horrea cōgregauit. ſ3 ꝙ fiduciā in illis poſuit ⁊ pauꝑibus non erogauit. ⁊ nimiū eas adamauit. De quo Criſ. Qui diuitias amat neceſſe eſt ꝙ deū odiat. Et ſic ſunt impedimentū ꝑfectionis quia amor cauſat auariciā ⁊ ſuitutē quā ꝓhibet dn̄s Math. vj. Nō poteſtis deo ſuire ⁊ māmone. Glo. Ille diuitijs ſuit q̄ pl'ꝰ de eis ſollicitus eſt ⁊ eas diligit ꝙ aie ſalutem ⁊ ſic dicit̄ Eccli. x. Nihil iniquius ꝙ amare pecuniam. Et ibidem. Auaro nil ſceleſtius. nam animā ſuā venalem habet. Ideo venerabilis Beda. Frēs cōſideremus ⁊ terrena ita poſſideamus vt vtiq3 mēte ad celeſtia tendamus. Beda ſuper Lucam. Differentia eſt inter renunciare ⁊ relinquere. renunciare conuenit omnibus. relinquere autē perfectis. Ideo Grego. Si cuncta relinquere non poteſtis. tn̄ ita tempalia tenete vt per ea non teneamini. ita poſſidete vt vos non poſſideant. vt ſub mentis veſtre ſint dominio que poſſidetis. ꝙ cuncta temporalia in vſu non affectu poſſideatis. Nam dicitur Eccl'es. v. Qui amat diuitias fructum non capiet ex eis. ⁊ Grego. Qui terrenarum rerum id eſt diuitiaꝝ amore vincitur in deo nullatenus delectat̄. Ideo Richar. de ſancto victore. O felix anima q̄ð ſollicita es erga plurima. porro vnum eſt neceſſarium. dilige vnū in quo ſunt omnia. ibi fige cor ⁊ deſiderium tuum. mundus em̄ tranſit. ⁊ omnis cōcupiſcentia eius. Sic fecit apoſtolus ad Phil'. iij. Omnia arbitratus ſū vt ſtercora vt xp̄m lucrifacerem. ¶ Scd̄o reliquerunt omnia retrahentia. id eſt amorem mundi qui retrahit hominem ab amore dei. De quo Aug. Si in te eſt amor mundi. non eſt q̄ intret amor dei. Cor tuū vas eſt. effunde q̄ð habes. nō poteſt em̄ vas repleri balſamo quod plenum eſt aceto. Jaco. iiij. Qui vult eſſe amicus huius mundi inimicus dei conſtituitur. Ideo .j. Johan. ij. Nolite diligere mundum. Nam amare mundum eſt amare ꝓditorē ſuū. Augu. Ama ſeculum ⁊ abſorbebit te. Criſ. Miſer eſt mundus miſerrimi qui eum ſequuntur. Semper mundialia opera excluſerunt hominem ab eterna vita. Ideo exclamat Auguſti. O munde immūde quātos ſeduxiſti. ꝙ multos decepiſti. Bern̄bar. in me

cõſtationib⁹. Mund⁹ facit vt tabernator quí dat
potatorib⁹ ſalſas carnes vt valde potẽt ⁊ poſtea
chare ſoluant. Et ſic faciliter mũd⁹ delectat ⁊ bre
ui tpe. ⁊ deinde ſequit̃ eterna damnatio. Job. xxi.
Ducunt in bonis dies ſuos. ⁊ in puncto ad infer-
nũ deſcendũt. Ecce q̃ trahit. Jdeo Paul⁹ ad gal.
vi. Mihi mũdus crucifix⁹ ẽ ⁊ ego mũdo. Chriſ.
Quicquid mũdus reputabat gloriã hoc ipſe penã
¶ Tertio relinquerũt oĩa mediantia. ⁊ eſt amor
amicorũ Math. x. Qui amat patrẽ aut matrem
plus q̃ me nõ eſt me dignus. ⁊ q̃ amat filiũ aut fi-
liã ſup me nõ eſt me dign⁹. Aug. Amãdus ẽ gene
rator ſ; pponẽdus ẽ creator. Sed heu plures ſunt
qui ꝓpter filios ⁊ vxores multa ↄtra deũ faciunt.
iurãdo. iniuſte bona acquirẽdo. diuinũ officium
vel ſeruitiũ ſepius negligẽdo. ⁊ nonnũq̃ aĩe ſalu-
tẽ minime aduertẽdo. Et ſic qui amici eẽ deberẽt
poti⁹ inimici ſũt ſalutis. q̃ verificat̃ illud. Miche.
vii. Inimici hominis domeſtici ei⁹. Tali mõ medi
ant inter te ⁊ ſalutẽ aĩe tue. Hoc mediũ habuit il
le diues de quo Lu. ix. cui dñs dixit. Sequere me
et ille reſpondit. Dñe pmitte me pus ire ⁊ ſepelire
patrẽ meũ. Glo. pater illi⁹ fuit ĩfidelis ⁊ fuit mor
tu⁹ in vita. ⁊ dixit illi ieſus. Sine vt mortui ſepeli
ant mortuos ſuos. tu aũt vade ⁊ annuncia regnũ
dei. Ecce quõ xp̃s noluit q̃ etiã ſepultura pr̃is de
beret fieri quẽ tñ precepit honorare. ne h̃ mediũ
eſſet ſalutis. Poſt h̃ ibidẽ. Lu. ix. alter dixit. domi
ne ſequar te. ſ; pmitte me primũ renũciare his qui
domi ſũt. Ait aũt illis ieſus. Nemo mittẽs manũ
ſuã ad aratrũ retro reſpiciẽs apt⁹ ẽ regno dei. vbi
dat itelligere q̃ illi q̃ domi ſũt amici. carnales fra-
tres ⁊ ſorores ⁊c̃. hi nõnunq̃ mediant in via ſalu-
tis idcirco dr̃ Deu. xxxiii. Qui dixerit pr̃i ⁊ matri
neſcio vos. ⁊ neſciunt filios ſuos. hi cuſtodierunt
eloquiũ tuũ. Hoc attẽdens Paul⁹ oĩa median
tia reliquit. De q̃ Gal. i. Cum placuit ei qui me ſe
gregauit ex vtero mr̃is mee. ⁊ vocauit p gr̃am ſu
am ↄtinuo non acquieui carni ⁊ ſanguini. hoc ẽ p
pinquis meis iudeis. ¶ Quarto reliquerũt oĩa
periclitantia. h̃ ẽ ad malũ attrahentia. ⁊ ẽ ꝓprius
amor. De q̃. ii. Thi. iii. In nouiſſimis tpibus iſta-
bunt tẽpora piculoſa. ⁊ erũt hoĩes ſeipſos amãtes.
cupidi. elati. ⁊c̃. voluptatũ amatores pl⁹ q̃ dei. ha
bentes ſpẽm pietatis. i. religionis. ṽtutẽ aũt eius
abnegantes. De talib⁹ dr̃ Ro. viii. Qui in carne
ſunt deo placere nequeũt. Jõ glo ſup Mat. Per-
fecta dicitur conuerſio vbi carnal̃ rumpit̃ dilectõ
Hanc ruptelã docet Math. xvi. Si quis vult ve
nire poſt me abneget ſemetipm. Glo. nõ p naturã
ſed p maliciã. q2 dicit Greg. Niſi quis a ſeipſo defi
ciat ad eũ q̃ ſupra ipm eſt nõ appropinquat. Ber.
Charitas charitatẽ deſtruit. charitas carnis deſtru
it charitatẽ ſpũs. Jõ dic̃ idẽ doctor. Crudelitas eſt
carnẽ diligẽ ⁊ ſpm̃ negligere. Hugo de ſacramen-
tis. Conari debẽm⁹ quãtũ poſſum⁹ vt carnẽ ſpũi ſb
damus. Hoc etiã fecit Paul⁹. i. Chor. ix. Caſti-
go corpus meũ ⁊ in ſeruitutẽ redigo. R ¶ Sed
di. eſt ne amor ſui pctm̃ mortale. Rñdet. ſi amor
ſui creſcit in cõtẽptũ dei tunc erit pctm̃ mortale. v
bi gr̃a. Si quis nollet ieiunare q̃tuor tẽpora cu;
tenetur ex precepto eccl̃ie cum bene poſſet. ⁊ non
vult corpus ſuũ aggrauare. Siĩr nõ vult ſurgere
dominica die ad miſſam. ⁊ ad dei verbũ ꝓut qui-
libet tenetur ex pcepto eccl̃ie. vt habet̃ de cõſe. di.
i. c. miſſas. ⁊ c. ſacerdote. ⁊ obmittit ſine rõnabili ⁊
neceſſaria cã peccat mortal̃r vt dicit̃ ibidẽ. Et bre
uiter q̃ñcũq̃ quis paratus ẽ tranſgredi pceptũ dĩ
aut eccl̃ie ꝓpter illicitũ amorẽ ſui. tũc ſemp peccat
mortaliter vt vult apl̃s Ro. viii. cũ dicit. S; ſi ſm
carnẽ vixeritiƺ moriemi. Eccĩ. xvii. Quid nequius
q̃ qd̃ caro excogitare poterit. Tal̃ amator carnis
nõ fuit apl̃us. De quo Chriſ. dic̃. Nihil corpi ni-
ſi nudã neceſſitatẽ miniſtrauit. Nã ſicut faber in-
cudẽ indurat crebris pcuſſionibus ſic paul⁹ aſſi-
duis laboribus. De quo. ii. Theſ. iii. In labore et
fatigatione die ac nocte opantes. Haymo. Nocte
laborauit ⁊ die pdicauit. nobis in exemplũ ſic̃ ſb-
dit ibidẽ. vt formã daret ad imitandũ nos. quoni-
am ſi q̃s nõ vult opari nec manducet. ¶ Quinto
reliquerunt oĩa põderantia. ⁊ eſt ſarcina pctõꝝ
ps̃. xxxvii. Sicut onus graue grauate ſũt ſup me
De q̃ pondere loquit̃ apl̃s Heb. xii. Deponẽtes
oĩe pondus ⁊ circũſtãs nos pctm̃. Rõ depoſitio
nis. quia vt dic̃ Greg. Nulla bona acceptant̃ que
malorũ admixtiõe maculant̃. nec ieiuniũ. nec orõ
nec elemoſina. ſic̃ dic̃ Pius papa. ⁊ habet̃ de cõ.
di. v. c. nihil. vbi dic̃. Nihil ꝓdeſt ieiunare hoĩ aut
orare. aut alia religionis bona agere. niſi mẽs re-
trahatur ab iniq̃tate. Et h̃ ẽ qd̃ dr̃ Eccl̃s. ix. Qui in
vno offendit mlta bona pdit. Greg. Nihil eſt deo
gratum ab eo qui ingratus ẽ deo p pctm̃ mortale.
Hoc conſiderãs apl̃us cũ dñs arguit eũ de pſecu
tõne Actu. ix. ſtatim dixit. Dñe quid iubes me fa
cere. Et ſic docet nos. i. Chor. xi. Imitatores mei
eſtote ſicut ego xp̃i. Itẽ ſtati ↄuerſus. ſic ⁊ nos qñ
vocamur p diuinã inſpirationẽ. Eccĩ. v. Ne tardes
ↄuerti ad dñm deũ tuũ. ne differas de die in diem
Amb. Si ſecutus es errantẽ ſequere penitentem
Aug. mox parauit ſe ad obediendũ q̃ prius ſeuie
bat ad pſequendũ. ¶ Dixi ſecundo ſbiungit̃ dire-
cta vel ſalutifera xp̃i imitatio. ibi. ⁊ ſecuti ſum⁹ te.
Ad ve2 eni xp̃ianũ ptinet vt xp̃m ſequat̃. Dic̃ nã
q̃ Aug. de vita xp̃iana. Xp̃iani nomẽ fruſtra ſor-
tit̃ q̃ xp̃m mĩme imitat̃. Ecce nõ meret̃ dici xp̃ia-
nus q̃ xp̃m nõ imitat̃. R ¶ Sed di. in quib⁹ tñ
debẽmus xp̃m ſeq̃. Rñdet̃ p2io i vite aſperitate. Ipſe
eni ab ingreſſu mũdi vſq̃ ad egreſſum aſperã du-
xit vitã. Nã in natitate feno iacere ptulit. ⁊ in arto
poſit⁹ ẽ pſepio. In egreſſu arduã penã i cruce ele-
git In pgreſſu ñ legit̃ riſiſſe ſ; fleuiſſe. Jõ dic̃ xp̃s
Mat. x. Qui nõ accipit crucẽ ſuã ⁊ ſequit̃ me nõ
ẽ me dignus. Sic btũs Paulus eũ ſecut⁹ ẽ. i. Co
rin. iiii. Eſurimus ⁊ ſitim⁹ ⁊ nudi ſum⁹. colaphis
cedimur. pſecutionẽ patimur. tanq̃ purgamenta
hui⁹ mũdi facti ſum⁹ oĩm peripſima vſq̃ adhuc.
¶ Scđo in mẽtis hũilitate. Mat. xi. Diſcite a me
q2 mitis ſũ ⁊ humil̃ corde. De q̃ Aug. de ṽbis dñi
Vis cape celſitudinẽ dei pus accipe humilitatẽ
xp̃i. Dignare humil̃ eſſe ꝓpter deũ. q2 deus digna
tus ẽ eſſe humil̃ ꝓpt te her. Quãto q̃ſq̃ in ſe vili-
or tãto dõ pcioſior. ⁊ ſic paul⁹. i. Cor. xv. Ego mi
m⁹ apl̃orũ nõ ſum dignus vocari apoſtolus. ⁊ ad
Ephe. iii. Mihi omniũ ſanctorũ minimo data eſt

gratia dei ſū in gentibus. Et .j. Chor.xv. Nouiſſime
vero tanq̄ꝫ abortiuo viſus ē mihi. reſpectū habuit
ad peccatū ſuū. idō ſe annihilauit. De q̄ Gre. Qui
perfecte peccatū ſuū intelligit nullū pctm̄ par pec
cato ſuo exiſtimabit. ¶ Tertio debemꝰ eū ſequi i
pietate erga ꝓximū. Lu.vj. Eſtote miſericordes
ſicut et pater veſter miſericors ē. Pater āt noſter
xp̄s dici poterit. q꞉ p ip̄ꝫ regeneramur. Ipe ꝓprio
ſanguine ſuo hereditatē regni celeſtis nobis acqui-
ſiuit. ſic itez Paulꝰ eū ſecutꝰ ē. q꞉ de eo dic̄ Criſ.
Nemo intantū dilexit amicos ſicut paulꝰ inimi-
cos. Ipe ex pietate alioꝝ pctā defleuit. ij. Coꝝ.xij
Lugeā multos ex his q̄ ante peccauerūt ⁊ nō ege
runt penitentiā de imundicijs ſuis. Chriſ. Nullꝰ
ita deplangit ꝓpria ſicut paulꝰ aliena. Paulꝰ qua
ſi totū mundū genuiſſet omibus ꝯdoluit. hec ille
ij. Choꝝ.xj. Quis infirmat̄ ⁊ ego nō infirmor. Et
ſic hortatur ⁊ alios. ad Gal.vj. Fratres ſi quis ꝑ-
occupatus fuerit in aliq̄ delicto vos q̄ ſpirituales
eſtis inſtruite hm̄oi in ſpū lenitatis. q.d. cōpaſſio-
nē habendo cū eo. Greg. Plus ē aniam ꝑpetue vi
ctā reficere q̄ꝫ ventrem morit ure carnis pabulo
terreno ſatiare. ¶ Quarto i aduerſitate ſiue pena
rū patienti toleratione. j. Pe.ij. Chriſtꝰ paſſus eſt
pro nobis vobis relinquēs exemplū vt ſequami-
ni veſtigia eius. Qui cū malediceret̄ nō maledi-
cebat. cū pateret̄ nō ꝯminabat̄. ⁊ ſic nos. q꞉ Actu.
xiiij. dr̄. Per multas tribulationes oportet nos in
trare regnū dei. Sic Paulꝰ. j. ad Chor.iiij. Male
dicimur ⁊ benedicimꝰ. ꝑſecutionē patimur ⁊ ſuſti
nemꝰ ⁊. ij. ad Chor.xj. In carceribꝰ abūdantiꝰ. in
plagis ſupra modū. Et ſbdit. A iudeis quiquies
quadragenas vna minꝰ accepi. Ter virgis ceſus
ſum. ſemel lapidatꝰ ſū. ter naufragiū ꝑtuli. i omi-
bus his fuit multū patiens. Et ſic nos ad patienti
am hortamur hodie. Heb.x. Patientia ē vob̄ ne
ceſſaria. vt voluntatē dei facientes reportet̄ repro
miſſionē. amb. ſup Beati imaculati. Quāto tribu
latio maior tanto ꝯſolatio vberior. ¶ Quinto de-
bemus xp̄m ſequi in charitate. quā docuit Luc.x.
Dilige dominū deū tuū ⁊ ꝓximū ſicut teipm̄. Et
ſic Paulus in charitate dei ꝑmo fuit quaſi ignēꝰ
Chriſ. Sicut ferrū miſſuꝫ i ignē totū igneū effici-
tur. ⁊ ſic Paulus igne charitat̄ ſuccēſus. ſic ꝙ ſcri
bit ad Rom.viij. Quis me ſepabit a charitate xp̄i
tribulatio an anguſtia. aut gladiꝰ. aut fames. ſcio
⁊ certus ſū ꝙ neq̄ꝫ mors neq̄ꝫ vita. Aug. Volendū
eſt ꝙ ap̄lm horrēda tormēta nō poterāt a charita-
te deſepare. ⁊ nos ocioſe fabule ⁊ vilia vicia ſepa-
rant. Habuit ſcd̄o charitatē ꝓximi tātā ꝙ dicebat
ad Ro.ix. Cupiebā anathema eſſe ꝓ frīb9 a xp̄o
i. ad tēpus ſeparari vt attēderet ꝯuerſioni eoꝝ ad
fidē xp̄i. Sic etiā ad Phil.i. Teſtis ē mihi deus.
quoniā cupiā vos oēs in viſceribus ieſu xp̄i. gre.
Nullū deo tale acceptū ſacrificiū ſicut zelus aiaꝝ
Ecce quātā charitatē dei ⁊ ꝓximi habuit. Idō dicit
ad Eph.v. Imitatores mei eſtote ⁊ ambulate i di-
lectione. Et merito. q꞉ quāto in hoc mūdo maior
dilectio. tanto in futuro maior retributio. Sic dic̄
Chriſ. de laude pauli. Nil prorſus errauit q̄ pratū
q̄dā inſigne ꝟtutū ac paradiſū ſpiritualē animū
pauli nuncuparet. Quis ergo ad explicanda eius

merita explicare ſufficiet. Nā omīa q̄ ſūt in homi
bus bona vna aīa poſſidet. ſinguloꝝ eni ꝟtutes ſā
ctoꝝ excellentiſſime in eo fuerūt. Abel obtulit ſa-
crificiū deo ⁊ inde laudat̄. Sed ſi hoſtia pauli ad
mediū ꝓducatur. tūc quātū celū a terra diſtat tan
tū hoſtia pauli ſuperius apparebit. ¶ Pro-
bat ſic Chriſ. Abel obtulit oues ⁊ aliena. Paulꝰ
quotidie in ſeipſo paratꝰ erat mori ꝓ xp̄o. Actu.
xxj. Non ſolū alligari ſedet mori paratus ſū pro
xp̄o. Et ſtuduit totū mundū offerre deo. j. Chori.
ix. Omibus omīa factꝰ ſū vt oēs lucrifacerē. Noe
cōmendatur. q꞉ ſe ⁊ ſeptē hoīes conſeruauit tp̄e di
luuij. Paulus nō tantū octo. ſ꞉ infinitos a dānati
one eterna p ſuā doctrinā conſeruauit. Abraā cō-
mendatur. q꞉ ad preceptū dn̄i patriā ⁊ amicos ſu-
os ſiue cognatos reliquit. Paulus nō ſolū ꝑriam
ſed totū mundū reliquit. ad Phil.iij. Omīa arbi-
tratus ſū vt ſtercora vt xp̄m lucrifacerē. Etiā i mō
relinquēdi dn̄s abrae multa ꝓmiſit. ſicut diuitias
multiplicationē ſemis. vt habet̄ Gen̄.xij. Sꝫ pau
paulo multas tribulationes. Actu.ix. Ego oſten-
dam illi quanta oporteat eū pati ꝓ nomine meo.
Cōmēdat̄ Iacob a longanimitate. q꞉ ſeptē annis
pro Rachel ſeruiuit. ⁊ videbāt̄ ſibi dies pauci. ge-
ne.xxix. Paulus nō ſeptē annis ſ꞉ tota vita ſua ꝓ
ſponſa nō ſua ſ꞉ xp̄i que eſt eccl̄ia. nō aduſtus ſo-
le ⁊ eſtu diei ⁊ gelu noctis ſicut Iacob. ſ꞉ ſupra ꝟ i
finita ſufferēdo mala. ij. ad Choꝝ.xj. In laboribꝰ
plurimis. in carceribus abundantius. i plagis ſu-
pra modū ⁊c̄. Hec omīa cū gaudio maxio ⁊ alacri
tate ſuſcepit. Cōmēdat̄ Ioſeph a pudicicia ⁊ caſti
tate. Gen̄.xxix. ꝙ reliquit palliū vxori pharaōis
ille poſtmodū accepit vxorē. Sed paulus ꝑ totuꝫ
tēpꝰ vite ſue ꝟgo ꝑmanſit. imo ⁊ quoſcunq̄ꝫ potu
it ad virginitatē induxit. i. ad Chorinth.vij. Volo
oēs homies eſſe ſicut meipm̄. Dico autē nō nu
ptis ⁊ viduis bonū eſt illis ſi ſic ꝑmanſerint ſicut
et ego. Ideo in teſtimoniū puritatis ſue lac ꝓ ſan
guine fluxit tempore decollationis. Etiā cōmen-
detur Iob a patientia. Chriſ. Iob quibuſdā men
ſibus patientiā in tribulatōe habuit. ſ꞉ paulus mł
tis annis vſq̄ꝫ in agonē perſeuerans tribulatꝰ fu
it. nō tantū a tribus vel quattuor amicis ſic̄ Iob
ſed a cunctis infidelibus ſepiſſime impugnatus.
⁊ ſic i ſingulis gratias egit deo. j. Choꝝ.j. Gratias
ago deo meo ſemper. ⁊ tamē nonſolum ꝓ ſe ſuſti
nuit. ſed ꝓpter electos. ij. Thi.ij. Omīa ſuſtineo ꝓ
pter electos vt ſaluteꝫ conſequant̄. Cōmendatur
moyſes a zelo ꝙ ꝓ ſalute populi petijt deleri de li
bro vite Greg. in moralibꝰ. id eſt. petijt ſe tempo-
raliter mori. Chriſo. Paulus plꝰ fecit. quia eter-
na gloria voluit ad tēpus priuari pro ſalute proxi
morū. ad Ro.ix. Optabam et ego anathema eſſe
pro fratribꝰ meis. Cōmendat̄ Iohannes q꞉ arguit
herodem pro adulterio. Paulꝰ nō vero vnū ſ꞉ plu
res tyrannos. Commēdatur Enoch et Helias.
quia in paradiſum rapti. ⁊ vltra hoc Paulus in
tertium celum. ij. ad Corintheo.xij. Scio homi-
nem raptum vſq̄ꝫ ad tertium celum. id ē. vltra na-
turam eleuatum vſq̄ꝫ ad celum empyreum. Et eſt
locus beatorum ſpirituum. Et ibi vidit vt dicit
Auguſtinus. libro de videndo deum. diuinā viſi-

onē. Et iſta viſio dicitur auditus. quia inſtructus
fuit de diuinis ſecretis. q̄ nō licent homi loqui. id
eſt. verbis explicari. ⁊ ſic de alijs. Jō canit eccl'ia.
Magnus ſanctus Paul⁹ vas electionis vere di-
gne eſt glorificand⁹. ¶ Dixi tertio ſbiungit̄ pia ꝑ
mij retributio. Dn̄ petrus i pſona oim dixit. Ecce
nos reliquim⁹ omīa ⁊ ſecuti ſum⁹ te. ꝯſequēter in
terrogauit. q̄d ergo erit nobis. ſ. q̄ vtilitas. q̄ hono
rabilitas. q̄ ſufficientia nob̄ inde. Reſpōdit ieſus.
Uos qui ſecuti eſtis me ſcꝫ imitatione viuendi. ꝑ
dicandi ⁊ moriēdi. in regeneratōne. ſ. iuſtorum de
morte ad vitā. Raban⁹. Due ſūt regenerationes.
vna aiarū. alia corporis. Et hec erit generalis re
ſurrectio. cū ſederit filius hoīs. ſcꝫ ꝑ autoritatē iu-
diciariā in ſede maieſtatis ſue. ſcꝫ ꝑ manifeſtā po-
tentiā que prius latuit. vel ſedes maieſtatis dicit̄
nubes clara diuia formata maieſtate. ſedebitis et
vos. ſ. quieti ⁊ ſecuri ſuꝑ ſedes duodecim. ſ. tanꝙ̄
principes electi ſuꝑ vniuerſā terrā. N ¶ Per ſe
des etiā iudiciaria ptās deſignat̄. quia apl'i et viri
ꝑfecti iudicabunt natōes in compatōne melioris
vite ⁊ approbatiue. mō tm̄ ſpecialiori ꝙ̄ alij electi.
iudicātes duodecim trib⁹ iſrael. Raban⁹. Nemo
putet tātū duodecim apl'os iudicaturos. ſicut nec
duodecim tribus iſrael tm̄ iudicandos. ſ; in duo-
decim apl'is vniuerſitas ꝑfectoꝝ deſignat̄. ⁊ i duo
decim tribubus vniuerſitas iudicādoꝝ deſignat̄.
Ecce quō ſancti apl'i pre alijs ſanctis honorandi
ſunt q: pre ceteris eos elegit. Johā. xv. Ego vos
elegi vt eatis ⁊ fructuꝫ afferatis ⁊ fructus vr̄ ma-
neat. Et ſic erūt tanꝙ̄ ſcabini ſpeciali mō in iudi-
cio iudicantes. Jtē ſūt nuncij dei ꝑ excellentiam.
q: deus eos miſit. Marci. vlti. Euntes i munduꝫ
vniuerſū ꝑdicate euangeliū omī creature. Jtē ſūt
honorādi tanꝙ̄ ꝑceptores ꝑcipui. Unde canit ec
cleſia. De quoꝝ doctrina fulget eccl'ia vt ſol ⁊ lu-
na. Jtē quia ſanguine ꝓſtati ſūt fidē. Unde ca
nit eccl'ia. Plātauerūt eccl'iam ſanguine ſuo. Ul-
timo ſedebūt iudiciū. nec crede ꝙ tunc orabunt ꝓ
te ſicut nunc. Chriſ. ⁊ Beda. Nec parētes orabūt
ꝓ filijs in iudicio. nec angeli ſicut ſolebant. nec ſā
cti habebāt ꝯpaſſionē cū pctōribus ſic nunc ꝯpati
untur nobis orādo ꝓ nobis. Her. Si igitur ſancti
apoſtoli fuerūt potentes ⁊ pij in terris. multo ma
gis exiſtentes nūc in celis. vbi charitas nō minui
tur ſ; augmentat̄. Jmplorem⁹ igit̄ eoꝝ clementi-
am. de quoꝝ numero ille ē cuius hodie exiſtit ſa-
luberrima conuerſio.

¶ Sermo L. ¶ Ad idem.

## Aule ſaule quid me

ꝑſequeris. Actu. ix. D ¶ Introductō
Preſens feſtum quattuor de cauſis cele
bratur. Primo in ordine ad pctōres vt habeāt ex
emplū ſpei. vt nullus quantūcunqꝫ pctōr magn⁹
deſperet de venia. exquo Paulū q̄ tant⁹ fuit i cul-
pa reſpexit in gratia. Unde greg. Perpēdo petꝝ
conſidero latronē aſpicio zacheū intueor magda
lenam cōtēplor paulū ⁊ nil in eis video niſi ſpei
et penitētie poſita exempla. Si forte aliq̄s lapſus
eſt in fide aſpiciat petrū q̄ ter negauit xp̄m. ⁊ poſt
amare flendo pctm̄ deleuit. Ali⁹ contra ꝓximum
in malicia crudeliter exarſit. aſpiciat latronē qui i
vltimo mortis articulo ad vite ꝑmia penitēdo ꝑ-
uenit. Alius auaricie eſtibus anhelās aliena diri-
puit aſpiciat zacheū. qui ſi q̄d abſtulit reddidit q̄
druplum. Alius libidine ſuccenſus carnis mūdi
ciam ꝑdidit aſpiciat magdalenā q̄ in ſe carnalem
amorē igne diuini amoris extersit. Alius in ſe vl'
in ſuis mēbris eccl'iam ꝑſecut⁹ eſt aſpiciat Pau-
lum q̄ ad vnius iuſſionis vocē factus eſt vas ele
ctionis. Nemo ḡ deſperet. ſ; ad ſuſcipiendā grati
am mentē ſuam diſponat. ⁊ dn̄s q̄ venit pctōres
ſaluos facere. vt dr̄. j. ad Thimo. i. ꝓrſus ſic pau-
lū recipiet. ¶ Scdo celebrat̄ h̄ feſtū in ordine ad
eccl'iam. Unde exquo ſācta mr̄ eccl'ia habuit ma-
ximā triſticiā in eius ꝑſecutione. debuit etiā habe
ximā leticiā in ei⁹ conuerſione. Et q: maiorē leti-
ciam nō potuit habere niſi vt feſtū celebraret̄. idō
in iṗo beato paulo impleta ē ꝓphetia iacob. de q̄
Gene. xlix. Cum filios ſuos moritur⁹ bn̄diceret.
et ad beniamin veniſſet dixit. Beniamin māe lu-
pus rapax. ⁊ veſꝑe diuidet eſcas. Jbi ꝑ beniamin
iuxta doctores intellexit Paulū qui fuit de tribu
beniamin. Hic mane. i. pri̇o fuit lupus rapax dei
eccleſiam ꝑſequendo. Sed veſꝑe diuiſit eſcas q̄n
conuerſus ad fidē. fidem eccl'ie predicauit. ¶ Ter-
tio in ordine ad angelos ⁊ ad celeſtē curiā. Sicut
eni dr̄ Lu. xv. Gaudiū ē angelis dei ſuꝑ vno pctō
re penitentiā agēte plus ꝙ̄ ſuꝑ nonagintanouem
iuſtis. quāto magis in cōuerſione vnius apl'i. ꝑ cu-
ius doctrinā ruina eoꝝ ex magna parte ē reſtaura
ta. Dicit eni Chriſ. Omēs ad ſalutē duxit ac ſi oēs
regeneraſſet. j. ad Chor. ix. Omibus oia factus ſū
vt oēs lucrifacerē. Uolens igit̄ eccl'ia ſe ſanctis an
gelis ꝯformare in gaudio iſtituit h̄ feſtū. ¶ Quar
to in ordine ad deū ꝓpter miraculū. ſ. ꝙ ex ſeuiſſi
mo ꝑſecutore fecit fideliſſimū ꝑdicatorē. Unde h̄
miraculū maius ē vt dicit Aug. ꝙ̄ celū ⁊ terrā ex
nihilo creare. Et rō. q: in creatōe nihil reſiſtit diui
ne actioni pē. xxxij. Jpe dixit ⁊ facta ſūt. ſ; in cō-
uerſione pctōris ꝓpria voluntas reſiſtit. Juxta il
lud Math. xxiij. Quotiēs volui cōgregare te ſi-
cut gallina congregat pullos ſuos ſb̄ alis ⁊ noluiſ-
ſti. Et q: magnus pctōr fuit paul⁹. vt iṗe teſtatur
j. Thi. j. Blaſphem⁹ fui ⁊ ꝑſecutor ⁊ ꝯtumelioſus
et glorioſus factus ē ꝑdicator. ſicut canit eccleſia.
O glorioſū lumē oim eccleſiarū ſole ſplēdid⁹ ⁊c.
Et ad vnicā vocē ad dn̄m ſe ꝯuertit. ſicut dr̄ in ver
bis thematis. Saul e ſaule q̄d me perſequeris.
¶ In ſumma epiſtole duo tangunt̄. Pri̇o pauli
ꝑiculoſa infirmitas. ibi. Saul⁹ adhuc ſpirans. Se
cūdo ſbiungitur ei⁹ miraculoſa ſanitas ibi. Uas
electionis eſt mihi iſte. De pri̇o dicit. Jn dieb⁹ ill'
ſcꝫ cum lapidatus eſſet beat⁹ ſtephanus. ⁊ ſaulus
erat conſentiēs neci. ⁊ facta eſt ꝑſecutio magna in
eccl'ia q̄ hieroſolimis erat. ⁊ diſperſi ſunt fideles ꝑ
regiones iudee et ſamarie. tunc Saul⁹ adhuc ſpi-
rans. ſcilicet corde et per odij animoſitatem. mi-
narum et cedis in diſcipulos domini. id eſt i chri-
ſtianos anhelans ad cedem per minarum aſperi-
tatem. P ¶ Ubi ſciendum ſicut infirmitas
corporalis dicitur periculoſa varijs de cauſis ⁊

ſic infirmitas ſpūal'. Prio quādo in corde interi⁹
radicatur. Secūdo quādo exterius per totū cor-
pus diffundit'. Tertio qñ morbus neſcit'. Quar-
to quādo ꝯtraria ſumūtur. Quinto qñ medic⁹ cō-
temnitur. Omibus his modis Paul⁹ infirmaba
tur. ideo merito ꝑiculoſā infirmitatē habuiſſe dici
tur. Primo fuit radicata ab intra morbo peccati
in corde. ⁊ tāgit' ibi cum dicit'. ſpirās. Ecce cordis
malicia. quā ipſe ꝓhibet ad Hebre. iij. Videte fra
tres ne forte ſit in aliquo vr̄m malū cor increduli
tatis diſcedēdi a deo viuo. Hiere. iiij. Laua a ma-
licia cor tuū hierl'm vt ſalua fias. Aug. Nulle ma-
iores diuitie ꝙ̄ fides eccl'ie. Abacuc. ij. ⁊ ad Ro. j.
Iuſtus ex fide viuit. ¶ Scōo fuit periculoſa ifir-
mitas pauli q̄ꝛ ꝑ totū corpus diffundebatur. In
ore cum dicit'. ſpirans minarū. in manibus cū di-
cit'. ⁊ cedis. in pedib⁹ ibi. acceſſit ad pricipes ſacer
dotū. Et ſic potuit locū habere i eo ꝓphetia. Eſa.
j. A plāta pede vſq; ad verticē nō eſt in eo ſanitas
¶ Tertio ifirmitas ē ꝑiculoſa qñ neſcit'. Aug. ſuper
pſ̄. lviij. Non eſt inſanabilior eo q̄ ſibi ſanus vide
tur. Et ſic Paul⁹ videbatur ſibi ſanus. Propter
qḋ dicit. j. Thi. j. Ignorās feci. ¶ Eſt tamē ſci
endum ſm̄ ſanctos doctores. duplex ē ignorātia.
ſ. facti ⁊ iuris. Prima facti. ⁊ cōtigit dupliciter. aut
adhibet diligentiā. ⁊ ſic excuſat a toto vt ꝯcubitus
iacob cū lya Geñ. xxix. Aut nō exhibet diligenti
am. ⁊ ſic excuſat a tanto ⁊ non a toto. vt ignorātia
Lamech occidētis cayn cū putauit occidere ferā.
Geñ. iiij. Secūda ē ignorātia iuris. hec ē duplex.
quedā inuincibil'. hec excuſat a toto. Alia vero vi-
cibilis. ⁊ hec iterū duplex. quedā affectata. hec in
nullo excuſat. quedā ſimplex hec excuſat a tanto
ſed nō a toto. De q̄ Aug. de li. ar. li. iij. c. xxxv. Nō
imputat' ad culpā qḋ inuitus ignoras. ſ; qḋ quere
re negligis. Greg. Aliud eſt neſciuiſſe. aliud ſcire
noluiſſe. Primū dr̄ neglientia. ſecundū malicia ⁊
ſupbia. Habuit igit' apl's ignorantiā iuris ſimpli
cē. Unde bene excuſabat' a tanto ſ; non a toto. Et
ſi ita mortu⁹ fuiſſet eternā dānationē incurriſſet.
Attamē nō fuit tanta ignorātia ſua ſicut ſi ex ꝓ-
pria malia ignoraſſet. q̄ꝛ ſic dicit vbi ſupra. Igno-
rans feci igit' miſericordiā ꝯſecut⁹ ſū. valde tamē
periculoſa fuit ignorātia ſua. Quarto fuit ifirmi-
tas eius periculoſa. q̄ꝛ ꝯtraria ſumebat nō ſufficie
bat ſibi ꝓpria ſeuitia. ſ; ⁊ alios ꝯcitabat. cū ſbditur
Acceſſit ad pricipes ſacerdotū. nō vocat⁹ ſ; ſpōte.
et petijt epiſtolas ſcz ad loca remota. Nō ſufficie-
bat ſibi ꝑſequi fideles in hieruſalē. ſed petijt licen
tiā ad alia loca ſcz in Damaſcū ciuitatē ad ſinago
gas. vt ſi q̄s inueniret. q̄ꝛ pauci hui⁹ vie. i. xp̄iano-
rū. viros ⁊ mulieres vinctos ꝑduceret in hierl'm. ſ.
ad puniendū. Ecce crudelitas ſua. Sequit'. Et cū
iter faceret. ſ. cū epiſtolis. contigit vt appropinq̄-
ret damaſco. ſ. cū exercitu ſuo. ⁊ ſbito circumfulſit
eū lux de celo. ad deſignandum ꝙ ſine luce gratie
nemo pōt ad deū veracit' cōuerti. ideo merito cir
cumfulſit eū lux. ¶ Et illa lux fuit pmo repē
tina in celeritate. q̄ꝛ eū ſubito mutauit in aliū virū
in ſcientia. vita ⁊ in mētis ꝯſtantia. In ſcientia. di
cit glo. q̄ꝛ in illo triduo cecitate ꝑcuſſus oīe cog-
nouit myſterium incarnationis ⁊ ꝟitatē euangelij.

Unde ad Gal'. j. Notū facio vobis euāgeliū qḋ
nō ab hoīe didici ſ; per reuelationē ieſu xp̄i. Item
imutauit eū in vita. q̄ꝛ ſtatim ꝟtute luminis qḋ ipm
circūfulſit oēm carnalē amorē ⁊ affectū terrenū
mox abiecit ꝓpter qḋ dicit Gal'. j. Complacuit ei
qui me ſegregauit ex vtero mr̄is mee. ⁊ vocauit ꝑ
gratiā ſuā ꝯtinuo nō acquieui carni ⁊ ſanguini. Et
hoc eſt qḋ dicit Ambroſi. Neſcit tarda molimina
ſpiritusſancti gratia. Etiā mutauit eū i mētis ꝯſtā-
tia. De quo Ro. viij. Quis nos ſeꝑabit a charita-
te xp̄i. Secūdo illa lux fuit imenſa. q̄ꝛ circūfulſit
eū ⁊ ab intra ⁊ extra ipm totū illuminauit. in iterio
ribus ꝑ ſapientiā qua oīa myſteria ſcripturarū
intellexit. ab extra ꝑ lucidā ꝯuerſationē ⁊ ſanctita
tis exemplū. a ſuꝑiori ꝑ clarā contēplationē qua
nude ⁊ immediate deū ꝑ eſſentiā cognouit. Ter-
tio illa lux erat celica. ideo intellectū ipſius ange
licis ſpiritibus ꝯformauit. imo etiā vt dic' Chriſ.
ipſi angeli plurima ſecreta ꝑ eius predicationem
didicerūt. vt dicit glo. ſuꝑ illuḋ ad Ephe. iij. Mi-
hi eni oīm ſanctorū minimo data ē grā in gētibus
euangelizare ⁊c̄. vt innoteſcat principibus ⁊ pote-
ſtatibus in celeſtibus. Illa ergo lux affectū ei⁹ to-
taliter tranſmutauit. Chriſ. Sicut ferrum in igne
miſſum. ⁊ ſic paulus in charitate accenſus. Etiā
ipm celeſti cōuerſatione decorauit. Ideo Phil'. iij
Noſtra cōuerſatio in celis ē. Hec tria innuit Dy-
oniſius in ep'la de tranſitu ꝑ deſertū huius mūdi.
vbi dicit ipm angelum terreſtrem ꝓpter primum
imaginem diuinitatis ꝓpter ſecundum. ⁊ celeſtē
hominem ꝓpter tertiū. quia dicit Chriſo. Paul⁹
in terra gradiens ſic ſe gerebat in cunctis q̄ſi ſocie
tate angelorum frueret'. Hec ſubita cōuerſio pau
li figurata ē. j. Reg. x. i Saul. de quo dicebat'. In-
ſiliet in te ſpūs dn̄i ſpiritu repentino ⁊ ꝓphetabis
et mutaberis in virū aliū. Pſ. lxxvj. Hec mu-
tatio dextre excelſi. Sequit'. ⁊ cadens in terrā. ſ. ex
nimio terrore timuit ne forte maiori plaga ꝑcute-
retur ꝙ̄ Pharao aut maria ſoror moyſi. de quib⁹
in Exodo. In hoc etiam timuit ad deſignandū
ꝙ homo illuminatus per gratiā debet cognoſcere
ſuam fragilitatem. exēplo abrae Geñ. xviij. qui di
xit. Quid loquar ad dominū cum ſim puluis ⁊ ci
nis Eſa. xlvj. Redite ꝑuaricatores ad cor. Bern.
Non ē melior ꝯſeruatio grē ꝙ̄ in vera humilitate
¶ Quinto periculoſa eſt infirmitas cū medicus
cōtemnit'. Et ſic fuit in Paulo. ꝓpter qḋ ſequitur
in ep'la. Et audiuit vocē. ſ. auditu corꝑis dicentē
Saule ſaule quid me ꝑſequeris. Hec duplicatio
fit ad mouendū eius intētionē. q. d. Grauis ē tua
ifirmitas. quia medicū ꝯtemnis. da locū medico
⁊ nō diſcedet a te. Eccl'i. xxviij. q̄ꝛ opera ei⁹ tibi ſūt
neceſſaria. Et dixit. q̄d me ꝑſequeris. ſ. in membris
meis que ꝑſequebatur ſaul⁹ ⁊ nō xp̄m in ꝓpria ꝑ
ſona. q̄ꝛ iam ſedebat ad dexteram pr̄is glorioſus.
Tantā tamē habet dn̄s dilectionē ad ſuos vt qḋ
eis exhibetur ſibi fieri reputat. Math. xxv. Nō
vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſt'. Qui re
ſpondit. Quis es domine. ſ. deus aut angelus q̄ſi
diceret ſentio potentiam. non ſcio eſſentiam. Eſti
mabat eum eſſe angelum. Reſpōdit. Ego ſum ie-
ſus nazaren⁹ quem tu perſequeris. quaſi diceret.

Ego ſum qui de celeſtibꝰ loquoꝛ quē putas moꝛ-
tuum vt homiem. ego ſum viuēs ⁊ regnās per ſe
cula cuncta. Ecce bonus medicꝰ. ¶ Reuera
bonus. pͥmo qꝛ habuit ſapiētiā in cognoſcēdo. eo
ꝙ radicē īfirmitatis pauli cognouit. Credebat q̄-
dem paulꝰ ꝑſequi hominē moꝛtalē ⁊ ꝑſequebatur
deum celeſtē. Ideo īfirmitatem eiꝰ, eū cognoſcere
fecit dicēs. Ego ſū ihs nazarenꝰ quē tu ꝑſequeris
q.d. nō hoiem ꝑſequeris ſed deū. nō creaturā ſed
creatoꝛē. nō coꝛpus ſ; caput. Scđo medicꝰ ille ha
buit bonitatē in exequendo. qꝛ ꝑſonalr̄ de celo de
ſcendit ⁊ ſibi locutꝰ fuit. ⁊ adhuc exiſtē in volūta
te ⁊ actu ꝑſequēdi eū ↄuertit. nō ſic alios apl̄os. li
cet eni nō eſſent ſequētes. tn̄ nō fuerūt eū ꝑſequē-
tes. Tertio fuit medicꝰ ſb̄til' et ꝑfectꝰ. ſb̄tilr̄ ei ⁊ ve
lociter ꝑfecteq; eū ↄuertit ⁊ ſanauit. ¶ Sʒ di.
ſi dn̄s faceret mihi ita etiā me ↄuerterē. Rn̄dēt do
ctoꝛes. Non ē nūc opꝰ miraculoſe agere ꝓ fide. qꝛ
nūc multū creuit. Jō ſic plāte nouelle ⁊ filo acus
inducit'. ſic ꝑ miracl'a fides i ꝓmatiua creuit eccle
ſia. Dn̄s aūt nūc pctōꝛes inſpiratōibꝰ. ꝑdicatiōi-
bus. flagellis ⁊ tribulatōibus ↄuertit. Sic fac no-
bis nunc vt iudeis fecit. Pꝛio ꝑ ſigna vocauit de
egypto eos. ſ; in terra ꝓmiſſionis manifeſte ꝑ ꝓ-
phetas. nūc ꝑ ꝑdicatoꝛes Nec requirit' vocatō mi
raculoſa ſicut fecit ſancto Paulo. ⁊ h̄ ex ſua inef-
fabili bonitate. Vnde dixit. Ego ſū ihs. i. ſaluatoꝛ
quia ſalutē tuā ⁊ nō aliud quero. nazarenꝰ. i. floꝛi-
dus. q̄. ꝑ tē toto mūdo in cruce floꝛuit. Ecce ꝙ mi
te eū alloquit'. nobis in exēplū ſpei. ꝓpter qđ dicit
apl̄s ad Heb. iiij. Accedamꝰ cū fiducia ad thꝛonū
gr̄e eius vt miſcđiam ↄſequamur. Subdit. Durū
eſt tibi ↄtra ſtimulum recalcitrare. i. potētioꝛi te i
compabiliter reſiſtere. ſ. vitijs et peccatis. ¶ V
Vnde nota. dn̄s loquit' h̄ de ſtatu peccati in q̄ ia-
cuit apl̄s. Dux valde in tali ſtatu ē eſſe ſeu ꝑmane
re ꝓpter plura. Pꝛio qꝛ diabolꝰ pctōꝛibꝰ domina
tur. ij. pe. ij. A quo q̄s ſuperatus ē huiꝰ ⁊ ſeruꝰ ē tot
demonioꝝ ſeruus q̄t vicioꝝ. vt dicit Aug. Secū
do qꝛ gladius euaginatꝰ ſup eos extēdit'. Ps. vij
Niſi ↄuerſi fueritis gladiū ſuū vibrauit ⁊c̄. Hoc
viri iuſti ⁊ ſancti deſiderant. Apoca. vj. Vſq; quo
dn̄e ſanctus ⁊ verꝰ nō iudicas ⁊ nō vindicas ſan-
guinē noſtrū de his q̄ habitāt i terra. Tertio quia
conſciētia remoꝛdēte aggrauant'. Aug. Omis in-
oꝛdinatus aius ē ſibiꝑi pena. ⁊ nō minima ſ; ma
xima. De quo Iſiđ. in li. ſoliloquioꝝ. Nulla gra-
uioꝛ pena ꝙ remoꝛdēs conſciētia. Hanc ſecū fer-
re opoꝛtet pctōꝛes. qđ eſt valde graue. Sap. xvij.
Frequēter eni ꝑoccupant peſſima redarguēte cō
ſcientia. cū ſit eni timida neq̄cia dat teſtimōiū cō-
dēnationi. Quarto qꝛ cumulꝰ, pctōꝝ augmentat'.
Greg. Peccatū qđ ꝑ penitētiā nō diluit' mox ſuo
pondere ad aliud trahit. Jō Eccl'i. xxi. Quaſi a fa
cie colubꝛi fuge pctm̄. Quinto qꝛ neſcit q̄ fine ter-
minat'. an vnq; deus ſibi bonū finē ↄcedat. Iohel'
ij. Quis ſcit ſi ↄuertat' ⁊ ignoſcat deꝰ Poeta. Dia
ſūt hominū leui pēdentia filo. Et ſbito caſu q̄ va-
luere ruūt. Sic dicit aug. Hac aia aduerſione ꝑ-
cutitur peccatoꝛ vt moꝛiēs obliuiſcat' ſui q̄ dū vi-
ueret oblitus ē dei. Ideo Gamfredus in poetria
ſua noua dicit. Peſſima res viciū nil eque ꝑnicio
ſum. Reuera peſſima. nō tantū in vita. ſed etiā in
moꝛte ⁊ poſt moꝛtē. Pꝛio qꝛ in agone homis a de
mōibus ante oculos pctā poꝛtabunt'. Eccl'i. xj. In
fine homis denudatio pctōꝝ illiꝰ. Secūdo qꝛ ad
hinc exiēs demonibꝰ ꝑſentat'. Iob. xx. Vadent. ſ.
aie. ⁊ venient ſup eā hoꝛribiles. ſ. demones. Sap.
xvij. Perſone triſtes illis apparētes pauoꝛē illis
pꝛeſtabāt. Tertio qꝛ poſt moꝛtē ad locū toꝛmento
rū deputat' vbi imꝑpetuū cruciet'. Pꝛopter quod
Eccl'i. vij. Memoꝛare nouiſſima ⁊ ieternū nō pec
cabis. Quarto ꝓpter pene augmentionē. cū aia
carni ſociet'. ſ. in vniuerſali iudicio. tūc coꝛpus et
aia ſimul ardebūt. Tūc ipletur illud Apoca. vj.
qđ dicent petris ⁊ mōtibꝰ. Cadite ſup nos. ⁊ abſcō
dite nos a facie ſedentis ſup thꝛonū. Quinto ꝓpt'
finalem ſententiā Math. xxv. Diſcedite a me ma
ledicti in ignē eternū ⁊c̄. Ideo finalr̄ Oꝛoſius dic̄.
Plus ē vitanda pcti fedidas ꝙ q̄libet toꝛmētoꝝ
imanitas. Et ſup h̄ verbo / Dux eſt tibi vt recalci-
tres ſtimulo. ſb̄dit. Qui tremēs ac ſtupens dixit.
Dn̄e quid iubes me facere. q.d. Jā nō meam ſed
tuā voluntatē paratus ſū adiplere Greg. Niſi q̄s
a ſeipſo deficiat ad deū nō appꝛopinq̄bit. ſic pau-
lus. Vnde aug. Mox parat ſe ad obediēdū q̄ pꝛi
us ſeuiebat ad ꝑſequendū. Amb. Si ſecutꝰ es er-
rantem ſequere penitentē. ¶ Dixi ſecūdo tangit'
ſancti Pauli miraculoſa ſanitas. De q̄ in textu ſe
tur. Et dn̄s dixit ad eū. ſ. q̄ ad volūtatē eiꝰ ꝓnuʒ ſe
exhibuit. Surge ⁊ ingredere ciuitatē. ſ. damaſcū,
et ibi dicet' tibi q̄d te opoꝛteat facere. ¶ In h̄
ſignificat' myſtice ꝙ ille q̄ deo vult placere dʒ ſur
gere a vitijs ⁊ pctis. ⁊ ingredi ꝑ fidē ⁊ charitatem
in ciuitatē. i. in vnionē ſancte matris eccl'ie. ibi di-
cetur illi q̄d ſit facturꝰ. ad Eph. v. Surge qui doꝛ
mis ⁊ exurge a moꝛtuis. ⁊ illuminabit te xp̄s. Se
quitur viri autē illi qui comitteƀant' cum eo. i. ſo-
cij eiꝰ. venit eni cū notabili comitatu. Hi ergo ſta
bant. ſtupefacti. audiētes quidē vocē ſancti Pau
li ſed neminē videntes. ſtupebāt ex magnitudine
miraculi. quia audierūt vocē pauli ſ; nō xp̄i. vt ha
betur Actu. xxij. Qui mecū erant lumē quidē vi
derunt. vocem autē eius ſ nō audierūt qui loque-
batur mecū. neq; videbant perſonā cui dirigebat'
ſermo. ⁊ ſic ſtabant ſtupefacti neſcientes q̄d face-
rēt. Surgēs aūt ſalus de terra. ⁊ apertis oculis ni
hil videbat. Exterioꝛ diſpoſitio coꝛꝑis interioꝛē ſi-
gnificabat. Ipe nanq; tunc ab omibꝰ terrenis af-
fectibus ſurrexit. Et dicit Aug. in ſmone de Pau
lo. Eo tpe quo cetera nō videbat myſteriū infoꝛ-
mabatur credētium. qm̄ qui credit in xp̄m ipm in
tueri debet. Et ſic tunc vidit ⁊ cōtemplabatur ce-
leſtia. cui viſus clauſus fuit ad terrena. ¶ Ad
manus autem illum trahētes introduxerunt Da
maſcum. ⁊ erat ibi tribus diebus non videns. ſci-
licet coꝛpoꝛalibus oculis. neq; manducans neq;
bibens. Dicit glo. tres dies nō vidit. quia non cre-
debat xp̄m tertia die reſuſcitatum. ¶ Sed di. q̄d
tunc fecit in illo triduo. Dicunt doctoꝛes commu
niter ꝙ in illo triduo raptus fuit vſq; ad tertiuʒ ce
lum. ⁊ habuit illam excellentem viſionem de qua
ij. Choꝛintheoꝛum. xij. Ex illa fuit ita ſuſtentatus
ꝙ nec manducare affectabat nec bibere. Sicut

legit̃ de moyſe q̃ fuit cũ dño .xl. dieb⁹ in mõte abſ-
q̃ cibo. Sequit̃. Erat aũt quidã diſcipul⁹. Dama
ſci noie Ananias. ſ. de iudaiſmo ad xp̃m ↄuerſus
ſcientia vt vita famoſus. Et dixit ad illũ i viſu do-
min⁹. Anania. ꝛ ille ait. Ecce ego dñe. Tales voca
tiones legim⁹ etiã in plurib⁹ locis veteris teſtam̃
ti factas eſſe his qbus dñs ↄuerſatus ẽ. Et ſic in p̃
ſenti. Et dñs ad eũ. Surge ꝛ vade in vicũ q̃ voca-
tur rectus. Et quere i domo iude ſaulũ noie thar-
ſeñ. qꝛ de tharſis erat oriũd⁹. illuc eni p̃r ei⁹ tranſ-
latus fuerat de iudea. ꝛ ibi creuerat i p̃ate ꝛ fama
vt patet in glo. lyre. ij. ad Thim. vl. Sequit̃. Ecce
eni orat. q. d. mentẽ ad deũ eleuatã hꝫ. Ex illo eni
raptu paul⁹ egreſſus gr̃as deo agebat. Sequitur
et vidit. ſ. p̱ diuinã reuelationẽ virũ Ananiã noie i
troeuntẽ ꝛ imponẽtẽ ſibi man⁹. q. d. Hec q̃ tibi lo
quoꝛ iã preſentialr̃ i oꝛone ꝛ raptu tuo cognoſcis.
et nõ tm̃ vidit p̱ſonã. ſꝫ etiã nomẽ lucide cognouit
et opus facturũ. imponẽtẽ ſibi man⁹. Lyra. Hec i
poſitio nõ erat ad receptionẽ ſpiritusſancti. vt pꝫ
Act. viij. ſed ad ſanationẽ defect⁹ corporal̃. vt pa-
tet de ſctõ Laurẽtio. q̃ ponebat man⁹ ſup̱ oculos
cecoꝝ ꝛ illuminabant̃. Et ſic in ꝓpoſito ſic̃ ſ̃dit.
vt viſũ recipiat. Sꝫ quõ ſe habuit Ananias i hac
parte ſequit̃ in textu. Dixit Ananias. ſ. ſe excuſan
do. Dñe. q. d. ſũ paratus facere qd̃ iubes tanq̃ ſer
uus fidelis. Sed vnũ eſt. miroꝛ de v̱bis tuis ꝛ de
eo qd̃ me iubes. qꝛ audiui de m̃ltis de viro h̃. ſ. ſau
lo. quãta mala fecerit ſanctis tuis i hierl̃m. q. d. fa-
moſus eſt in p̱ſecutõe. Et h̃ ſcꝫ nouiſſime. hꝫ p̃ãtẽ
a p̃cipib⁹ ſacerdotũ alligandi oẽs q̃ inuocãt no-
mẽ tuũ. q. d. Vis vt meipm volũtarie tradã i ma-
nus ei⁹. ꝛ nõ debeo ſuſtentari diuti⁹ ꝓ ſalute fide
lium tuoꝝ. Dixit aũt ad eũ dñs. Vade. Raban⁹.
q. d. Nõ eſt timẽd⁹ q̃ſi p̱ſecutoꝛ ſꝫ amplectend⁹ vt
frater. qꝛ mala q̃ ſanctis intulit patus ẽ ſuſtinere.
qm̃ vas electionis eſt mihi iſte. id eſt vas ſpecialit̃
electũ grẽ ꝛ ſciẽtie cõtentiuũ. vt poꝛtet nomẽ meũ
corã gentib⁹ ꝛ regib⁹ ꝛ filijs iſrael. H ¶ Reuera
libere ꝛ fiducialiter ꝛ ↄſtant̃ h̃ dulciſſimũ nomen
ih̃s poꝛtauit i oꝛe ꝛ coꝛde. q̃ngentis ei vicib⁹ ſcri-
pſit illõ in epiſtol̃ ſuis. vt pꝫ intuẽti. Et ego oñdã
illi q̃nta opoꝛteat eũ pati ꝓ noie meo. q. d. multa
alijs ſanctis intulit. etiã ip̱e multa patiet̃. ꝛ h̃ cum
magno gaudio ꝛ hilaritate amoꝛe nois mei. ij. Co
rin. xij. Libent̃ gl̃iaboꝛ in iñrmitatib⁹ meis. Cõfoꝛ
tatus igit̃ ſic Ananias ꝛ ↄſolat⁹ a dño abijt. ſ. gau-
denter. ad explẽdũ officiũ ꝛ mãdatũ dñi. ꝛ itroi-
uit. ſ. in domũ p̃nominatã. vbi ſaulũ repperit im-
ponens ei man⁹ ꝛ dixit. Saule frater. fratrẽ vocat
quẽ prius timuit inimicũ. Ex lupo eni agn⁹ fact⁹
erat. dñs me⁹ ih̃s miſit me ad te q̃ apparuit tibi in
via q̃ veniebas. ſ. ad p̱ſequẽdũ electos. licet p̱ gra-
tiã ſuã ſis mutat⁹. q̃re ad te venio vt videas. i. viſũ
coꝛpalẽ recipias ꝛ ipleaꝛis ſpũſctõ. O benigna et
gratioſa locutio ꝛ legatio Ananie ad Paulum ex
cauſis vbi ſupꝛa exp̃ſſis. ꝛ quãti fuerunt expꝛi dñi
effectus v̱ba eadẽ ſ̃dũt. Et ↄfeſtim. i. abſq̃ moꝛa
ceciderũt de ocul̃ ei⁹ tanq̃ ſquame. i. macule albe
et dure ſicut ſquame piſciũ. ꝛ viſũ recepit. Et ſur-
gens baptizatus ẽ. ſupple in noie xp̃i. Et cũ acce-
piſſet cibũ confoꝛtatus eſt duplici ↄfoꝛtatione ſcꝫ
ſp̃uali ꝛ coꝛpoꝛali. Ecce miraculoſa ſanatio. Atte
dam⁹ ſanationis effectũ. Fuit aũt cũ diſcipul̃ ſup
ple xp̃i q̃ erãt damaſci p̱ dies aliq̃t. ꝛ ↄtinuo. i. di-
ligent̃ ꝛ ſollicite ingreſſus ſinagogas p̃dicabat do
minũ ieſũ qꝛ h̃ eſt filius dei. Sed quõ ſe ad h̃ mi-
raculũ habebãt iudei. ſequit̃. Stupebãt oẽs q̃ au
diebant eũ ꝛ dicebãt. Nõne h̃ ẽ q̃ expugnabat in
hierl̃m eos q̃ inuocabãt nomẽ iſtud. ꝛ huc ad hoc
venit vt vinctos illos adduceret ad p̃cipes ſacer
dotũ. quaſi dicerẽt. Mix ẽ nobis q̃d ſibi videtur
aut qualis exiſtit. Sequit̃ Saul⁹ autẽ. ſ. añ ſic vo
catus ꝛ poſt baptiſmũ paul⁹ multo magis ↄuale
leſcit. ſ. p̃dicando. ꝛ ↄfundebat iudeos. ſ. p̱ doctri-
nã a ſp̃uſancto datam. q̃ habitabant damaſci. affir
mãs quoniã hic ẽ xp̃s. ſ. in lege ꝓmiſſus. Et ſic pa
tet breuiter expedita ſue ↄuerſionis hiſtoꝛia. Ad
merita ip̱ſius nos cõmendem⁹.

¶ Sermo ij. ¶ Ad idem.

## IMitatoꝛes mei eſto

te. j. Choꝛ. iiij. ¶ Introductio. Si
quis vult aliquã artẽ ſtudere querit exp̱
tum magiſtrũ in iſta arte. ſic volẽs diſcere aut q̃re
re ſalutẽ anie debet ſeq̃ paulũ ap̱l̃m. Rõ Chꝛiſo.
in li. de laude pauli. Quia quicq̃d p̃riarche. quic-
quid ꝓphete. q̃cq̃d ap̱li ſeu alij ſancti in ſe p̱fectio
nis aliquid acceperũt. hec oĩa ſimul colligens
Paulus cũ tanto cumulo habuit cũ quãto null⁹
eoꝝ collegit. Et exẽplificat h̃ de abel. de noe et
abrahã. ꝛ ſic de alijs q̃ pluri mis. vt ſupꝛa oſtenſuꝫ
eſt. Et ſ̃dit Chꝛiſ. vbi ſupꝛa. Nil pꝛoꝛſus errauit
qui pratũ qd̃dã inſigne virtutũ ꝛ paradiſum ſpiri
tualem pauli animũ nuncuparet. Itẽ dicit Chꝛiſ
Quid in angelis magnificũ p̃dicam⁹ qui oĩ p̱fe
cta dilectione deo adherẽt ꝛ obediunt inceſſanter
Paul⁹ vero mole coꝛpoꝛis grauat⁹ adeo deo adhe
ſit qd̃ dicit Ro. viij. Cert⁹ ſũ q̃ neq̃ moꝛs neq̃ vita
neq̃ ãgeli. neq̃ archãgeli. neq̃ p̃ncipat⁹. neq̃ v̱tu
tes. neq̃ tribulatõ. neq̃ anguſtia. neq̃ fames. neq̃
nuditas. nec p̱ſecutio. nec gladi⁹. nec altitudo. nec
ꝓfũditas. nec creatura aliq̃ poterit nos ſeparare a
charitate dei. Et ſic paul⁹ erat angelus terreſtris
homo celeſtis. nã in terris degẽs dixit illõ Phil̃.
iij. Noſtra cõuerſatio in cel̃ eſt. Sic qui vult viaꝫ
ambulare dꝫ ſequi ſciẽtẽ ꝛ expertũ i ea. Volẽs igi
tur tendere ad viã celeſtis patrie debet ſequi pau-
lũ. ip̱e eni viã exptus eſt. vt dic̃. ij. Choꝛ. xij. Scio
hominẽ raptũ vſq̃ ad tertiũ celũ. ip̱e diuinit⁹ no-
uit iter. ꝛ docuit illõ v̱bo ꝛ exemplo. iõ merito po
teſt dicere. Imitatoꝛes mei eſtote. ¶ Vbi ſciendũ
q̃ttuoꝛ vicib⁹ reperim⁹ hec v̱ba ſupꝛadicta ſcp̱ta i
ep̱l̃is ſuis. ſ. Imitatoꝛes mei eſtote. vicꝫ. j. Coꝛ. iiij
et. j. Choꝛ. xj. ꝛ Eph̃. v. ꝛ Phil̃. iij. Ex hoc elicere
poſſum⁹ q̃ q̃ttuoꝛ ſũt p̃ncipal̃r in qb⁹ imitari de
bem⁹ ap̱l̃m. P ¶ Pꝛio eũ imitari debem⁹ i p̱fe-
cta ↄuerſione. Nã ↄuerſio ſua fuit initiũ ſalutꝭ ſue
et ſic ↄueſio nr̃a. Zacha. j. Cõuertimi ad me ꝛ ego
ↄuertar ad vos. Eccl̃i. xvij. Cõuertere ad dominũ
et relinq̃ pctã. Rõ. qꝛ dic̃ ps̃. vij. Niſi ↄuerſi fueri
tis gladiũ ſuũ vibꝛauit. h̃ eſt iudiciũ. Lu. xiij. Ni-
ſi penitẽtiã egeritis oẽs ſimul p̱ibitis. ¶ Nota
ad perfectã ↄuerſionẽ requiruntur tria. ſ. termin⁹

a q̄uo.terminꝰ ad quē.⁊ mediū ꝑ qȯ ꝯuertimūr.
Primo terminꝰ a q̄.ſ.verti debemꝰ a nobis.i.a ꝓ
pria volūtate. Math. xvj. Si qs vult venire poſt
me abneget ſemetipm. Greg. Niſi qs a ſeipo defi
ciat ad eū q̄ ſupra ipm eſt nō appropinq̄bit. Sed
di.quō a ſeipo hō recedere pōt. Rñdet.a nobis re
cedimꝰ ſi ꝓpriā voluntatē obnegamꝰ. Ecci.xviij.
A volūtate tua auertere.⁊ Oſee.x.Cōfūdet iſrael
in volūtate ſua. Ber. Nullū bonū deo placere pt
qȯ factū eſt ex ꝓpria volūtate.Exēplificat de ieiu
nio.Eſaie.lviij.Ecce in die ieiunij vrī inuenitur
volūtas vrā.⁊ ſbdit. Nunq̄d h̄ eſt ieiuniū qȯ ego
elegi.q.d.nequaq̄.ber.Quid ē qȯ odit aut punit
deus niſi ꝓpriā volūtatē.tolle ꝓpriā volūtatē ⁊ in
fernus nō erit. Scōo terminꝰ ad quē ⁊ eſt deꝰ. Jo
helis.ij.Cōuertimi ad dñm deū vrm. q̄ nihil meli
us.nihil dignꝰ.nihil vtilꝰ.qꝛ eſt ſummū bonum
Math.x.Nemo bonꝰ niſi ſolus deꝰ. De q̄ Dyo-
niſius. Nil bonū eſt niſi ab eo q̄ eſſentialr bonꝰ eſt
nil dulcius.ꝓpter qȯ dr. Math.xj.Tollite iugum
meū ſup vos.iugū eni meū ſuaue ē ⁊ onus meum
leue. Gre. Pro amore eiꝰ ois ꝑſecutio hꝫ dulcedi
nē.ois afflictio cōſolatione̅. De q̄.ij.Chor.j.Sic
abundāt xp̄i paſſiōes in nob ſic ⁊ ꝯſolatōes. Ps.
xciij.ſm multitudinē dolor meor i corde meo cō
ſolatōes tue letificauerūt aiam meā. Nil dignꝰ
et vtilꝰ q̄ vt ad illū ꝯuertamur q̄.ꝓ nobis de celo
venit.⁊ oṁia q̄ fecit in celo ⁊ in terra ad nrām ſalu
tem ordinauit. Prouer.viij.Qui me inuenerit in
ueniet vitā.⁊ hauriet ſalutē a dño. Tertiū ē medi
um ꝑ qȯ ꝯuertimur ad deum.⁊ ē libera volūtas.
Differētia ē inter ꝓpriā volūtatē ⁊ liber arbitriū.
Ber.in ſmone de Naamā. Propa volūtas ē que
nō ē cōis deo ⁊ hoibꝰ.i.q̄ nō fit aut ſtat ad honorē
dei ⁊ ad vtilitatē ſiue edificatione̅ ꝓximi.⁊ ad ſa-
lutē ꝓpriā. Sꝫ liber arbitriū eſt illȯ qȯ hō ſine ne
ceſſitate ⁊ coactōne pōt eligere ⁊ appetere. Bern.
Nulla creatura pōt nos violēter a deo retrahere.
ad Gal.v. Vos in libertatē vocati eſtis. Hoc eſt.
liberū arbitriū ſeu libera volūtas vrā que ad deū
ꝯuerti debetis debet eſſe verſa ſiue mutata in dei
volūtatē.dicēdo Math.vj. Fiat volūtas tua. ſic
Paulꝰ Actu.ix.Quid me iubes facere.q.d.offe-
ro tibi volūtatē meā.informa eā q̄d ꝑ eā fieri volu
eris. De hac volūtate dic̄ Ber. Volūtas ē origo
oim bonorū.⁊ mr̄ oim virtutum. Et ſbdit Ber.
Cuſtos aie circa ſtatū ſue volūtatis ſollicitus de
bet eſſe.ſ.vt diſcernat q̄d volendū ſit.ſ.q̄ ad quali-
tatē.⁊ quātū volendū q̄tum ad quātitatē volūta-
tis ⁊ regularitatē. ¶ Nota volūtas nrā debet
menſurari ſm triplicē mēſurā.ſ.ſm nrm poſſe ſm
noſtrū noſſe.⁊ ſm dei velle. Prio ſm noſtrū poſ-
ſe.i.ad noſtrā poſſibilitatē.vt oia velimus q̄ poſſu
mus iplere viribꝰ.de poſſibilibꝰ nihil penitus ob
mittētes.ita q̄ nec infra ꝑ deſideria veniamꝰ. nec
per indiſcretū feruorē modū excedamꝰ. De q̄.ij.
Chor.viij. Si eni volūtas ꝓmpta ē ſm id qȯ ha-
bet accepta ē. Sed heu ꝯquerit Ber. Vix eſt ali-
quis q̄ in eis q̄ ad deū ſūt experiri velit q̄d poſſit.
ſꝫ etiā quid ꝓmptiſſime poſſit Quid ſi dixeris il-
lud Prouer.xxiiij. Vires nō ſuppetūt. Reſpon-
det ſalomō. Qui inſpector ē cordis ipe intelligit.

Scōo menſurāda ē voluntas nrā ſm noſtrū ſcire
vel noſſe.vt ſine exceptōe velimꝰ q̄ ſcimꝰ eſſe bōa
et ea nolimꝰ que cognoſcimus eē mala. Jaco.iiij.
Bonū ſcienti ⁊ nō facīeti pctm̄ eſt illi. Lu.xij. Ser
uus ſciens voluntatē dñi ⁊ nō faciens vapulabit
plagis multis. Tertō mēſurāda ē ſm dei velle vt
oṁia velimꝰ q̄ vult deꝰ. Ecōtra oṁia q̄ non vult
deus ⁊ nos reſpuamꝰ.vt vnuſq̄ſq̄ nrm dicere poſ
ſit illud Math.xxvj. Nō mea pater voluntas ſed
tua fiat. Et illud ad Gal.ij. Viuo ego nō ego ſed
viuit in me xp̄s. Et h̄ quo ad quātitatē volūtatis.
Sed q̄ ad qualitatē dic̄ Ro.xij. Renouami in no-
uitate ſenſus vrī.vt ꝓbetis q̄ ſit volūtas dei bona
beneplacēs ⁊ ꝑfecta. Prio bona volūtas iuſtorū
bona ē.qꝛ oṁia q̄ faciūt vel patiunt in pctōr ſatiſ
factione̅ ⁊ dei offenſe placatione̅ ordinant. Ex re-
miſſione eni pctōr hoi collata ꝯſurgit ꝯſcientia le
ta ⁊ ſerenata. Et ſic nimir ex hac leta ꝯſciētia nihil
negligit q̄n hō oia in deū ordinat. Scōo benepla
cita.qꝛ in ꝑmiſſa remiſſione amara nōnūq̄ incipi
unt dulceſcere.vt oia q̄ faciūt in dei bn̄placitū or
dinat. Aug. Ille placet deo cui placet deꝰ.ſ.i pro-
ſperis ⁊ in aduerſis. ¶ Tertio volūtas ꝑfecta ꝯſi-
ſtit in dei dilectōe ⁊ oim rer abrenūciatōe. Greg.
Voluntatis ſacrificiū nūq̄ plene ꝑficit niſi huius
mūdi cupiditas ꝑfecte deſerat. Itē ꝯſiſtit in boni
ꝓ malo redditōe.j.Theſ.v. Videte ne qs maluꝫ
ꝓ malo reddat.ſꝫ ſemꝑ qȯ bonū ē ſectamini. Hec
eſt volūtas dei in xp̄o ieſu. Gal.iiij. Eſtote ꝑfecti
et plene volūtatis dei. Tal fuit aplꝰs. ¶ Scōo de-
bemꝰ ipm imitari in corꝑali exercitatione. Amb.
Si ſecutus es errātē ſequere penitētē. Dic̄ ei Gre
go.in moral. Ille nobis oibus dꝫ ad exēplū ꝓtra
hi q̄ cunctis paſſionibꝰ carnis moriēs iam ſpūalit
viuit q̄ ꝓſpera poſtponit mūdi.quē nulla aduer
ſa puniunt.⁊ ſola eterna deſiderat. Tal fuit paulꝰ
merito debemꝰ ipm imitari. ¶ Ubi nota ex-
ercitatio ꝯſiſtit in tribꝰ. Prio in bonorū operatiōe
